

pomum. ¶ Et si talis persona peteret, liceat eisdem saltariis
 dare eidem usque ad tres rapos uvarum vel de pomis. ¶ Et
 si ab aliqua persona aliquid acciperint, procuratori comunis
 51 B illud quam citius // poterint presentare, et omnia que eis erunt 5
 per dominium ordinata bona fide et sine fraude observare, et
 si aliquis sociorum contrafecerit etiam dominio manifestare,
 nec petere aliquod donum ab aliquo cive Tergesti, etiam pena
 viginti sold. par., nec facere aliquod vinum tempore eorum of-
 fitii, etiam pena vigintiquinque libr. par. ¶ Item satisfacere
 omne dampnum datum ¹⁾ sub eorum custodia dominis, quibus 10
 dampnum datum fuerit, si non denunciaverint dampnum dan-
 tes, et toto tempore ipsorum offitii aliquis de domo eorum vel
 de familia non audeat ire ²⁾ ad eos causa conducendi uvas vel
 fructus Tergestum, et non ponere aliquem loco eorum ad eo-
 rum custodias nisi fuerit iustum impedimentum. ¶ Item non 15
 ire stare vel habitare modo aliquo nec moram facere ad ali-
 quam villam nec saltarias, nec aliquis de sua familia sit ausus
 ire ad aliquas saltarias toto tempore eorum offitii, etiam pena
 vigintiquinque libr. par., cuius pene acusator habeat tertium,
 nec aliquis saltarius ire ad aliquod festum tam civitatis et 20
 districtus Tergesti quam extra, etiam sub pena decem libr. par.
 pro quolibet et vice qualibet contrafacta, et quilibet accusans
 predictos habeat medietatem condemnationum. ¶ Item con-
 ducere quemlibet bovem vel aliud animal, quod invenerint
 dare dampnum in eorum saltariis in aliquo laborerio, ad pre- 25
 sentiam dominii vel ad pignam, et aliter, si acusaverint ali-
 quod ³⁾ animal et non conduxerint ut predictum est, eorum
 acusa sit cassa et nullius valoris. ¶ Item non facere vel dare
 aliquod dampnum in aliqua possessione aliquarum persona-
 rum vel comunis in districtu Tergesti toto tempore eorum of- 30
 fitii, etiam pena ad quam caderent alique alie persone contra-
 fatientes, in- // continenti in duplum per eos saltarios contra-
 fatientes solvenda. ¶ Et custodire et stare ad eorum saltarias
 antiquas, videlicet saltarii de Grundeleta, a rivo Sancte Marie

¹⁾ Aggiunta marginale *datum-dampnum*.

²⁾ Aggiunta marginale.

³⁾ *aliquid*.